

tam futuro quam presenti tempore firma teneatur et inconvulsa, presentem paginam, que huius facti certum maneat indicium, conscribi iussimus et sigillis nostris communiri. Placuit eciam nobis testes, qui presentes aderant, assignare, quorum nomina hec sunt: Comes Cunradus de Valkenstein. Thimo de Cothebuz. Iohannes burgravius de Lubin.  
 5 Heinricus burgravius de Rochelez. Albertus dapifer. Sifridus de Coscenblot. Iohannes pincerna et alii quam plures. Acta publice Rochelez anno dominice incarnationis m. cc. viii., indicione xi., concurrente ii., viii. idus septembris.

## 125.

*Landgraf Hermann I. bekundet, dass sein Ministeriale Heinrich von Tonna von dem Abte Wichard  
 10 von Reinhardtbrunn 10 Mark Silber erborgt und dafür dem Kloster 150 Morgen Landes von  
 seinem Walde zu Ettersburg delegirt habe. Eckardsberga, 1208 [Januar—September].*

*Hdschr.: Org. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha. QQ. I. g. 33. S., an Pergamentstreifen, verloren. Phot. H. St. A.  
 Gedr.: Thuringia sacra 100 (mit Siegelabbildung).*

:C. In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus dei gracia Thuringie  
 15 lantgra|vius et Saxonie comes palatinus. Quoniam ea, que fiunt in tempore, simul cum  
 tempore dilabuntur et hiis, que | iuste et rationabiliter fiunt, dampnosa plerumque subrepi  
 oblivio, prudenti consideratione provisum est, ut, quod | per successionem temporum fragilis  
 hominum memoria retinere non poterit, fidei litterarum custodia conservetur. Hac ducti  
 consideratione non solum presentibus, sed et eis, qui post futuri sunt, notum facimus,  
 20 quod Heinricus ministerialis [noster de]<sup>a</sup>) Tvna cognomento Barba, dum iter peregrini-  
 nationis ad partes transmarinas proponeret arripere, decem marcas argenti a domino  
 Wichardo Reinherburnensis ecclesie abbate hac conditione accepit, quod silvam centum  
 quinquaginta iugerum in monte, qui dicitur Eitirsberc, sitam, quam ipse iure proprietatis  
 legitime possidebat, unanimi consensu matris sue domine Gerdrudis sororisque eius  
 25 Gerdrudis et mariti eiusdem Ekehardi de Thuchere, puerorum quoque ipsorum et sine  
 exceptione omnium eorum, qui aliquid iuris in predicta silvula habere videbantur, preface  
 ecclesie sancte dei genitricis sanctique Iohannis apostoli et evangeliste in Reinherburnin  
 delegavit. Eius modi quoque cum utriusque partis consensu facta est compromissio,  
 quod, si dictus ministerialis noster H. vita superstite rediret ad propria, medietatem illius  
 30 silvule diebus vite sue ad usus su[os con]verteret<sup>a</sup>), [e]andem vero post mortem eius  
 integraliter ecclesia in Reinherburnin titulo proprietatis perpetuo possidendam sine omni  
 contradictione perciperet. Itaque ut hec, que nobis mediantibus et consentientibus acta  
 sunt, inconvulsa permaneant, huius contractus tenorem sigilli nostri impressione corro-  
 borare curavimus. Facta sunt hec in castro nostro Ekehardisberc anno ab incarnatione  
 35 domini millesimo cc. viii., indicione xi. Huius rei testes sunt: Wichardus Reinher-  
 burnensis abbas. Ekehardus Goslariensis prepositus. Heinricus notarius. Wernherus